

Universitätsbibliothek Paderborn

Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo

Bynaeus, Anthony

Dordraci, 1682

Ex hoc Dei mandato apud Hebræos circa loca sacra religio manavit, ut ea
calceatum intrare ducerent nefas.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12835

insulsum est quod alii excogitarunt,
Mosis calceos stramineos sive jun-
ceos fuisse, & ideo deponendos,
ne forte igne, quem accedebat,
consumerentur. In quo commento
tantum frigus est, ut vel strami-
neos Mosis calceos extinguere pos-
set, si arderent.

V. Quod autem Moses item-
que Josua pedes exalceare ad ma-
jorem numinis præsentis venera-
tionem iussi sunt, originem dedit
illius ritus, quo locis sacris reve-
rentia semper habita fuit, ut cal-
ceati templo intrare, vel quæcun-
que alia loca sacra sint veriti. Nam
Hebræi, cum scirent Deum quæ-
dam loca ob singularem suam præ-
sentiam sacra habuisse & ut calceos
exuerent hominibus præcepisse
qui in iis stabant, multo sanctius
esse templum rati sunt, in quo
Deus præsentiam suam augustiori
modo manifestabat, quod proinde
בֵּית הַמִּקְדָּשׁ Domus sanctitatis voca-
batur, & habebat *קֹדֶשׁ הַקְדִּשִׁים*
sanctum sanctorum, in quo Deus
inter Cherubinos habitabat, &
illud nulli calceato ingredi fas esse.
Hanc ipsam Hebræorum magistri
præ-

260 De CALCEIS HEBRAOR.

præcipuam dant rationem cur sine calceis templum sit intrandum, quia id Mosi præcepit Deus. In Gemara Babylonica ad ea verba Massechoth Berachoth quæ superius à nobis adducta sunt, post alia, quæ in templo vetita disputant, de calceo tandem concludunt. וְהַ מִנְעָלָ בְּ יְהֻנָּ אֲמֹרָה
חוֹזֵה שֶׁל נִעְלָ כְּעַל רְגָלָן Sed quid de calceamentis, cum in iis nullus sit contemptus? dicit lex: solve calceamenta de pedibus tuis. Quæ eadem ratio Christianos Æthiopes permovit, ut templa non adeant nisi discalceati, uti refert eorum Legatus apud Damianum Goensem. Nobis non datur potestas templum adeundi nisi nudis pedibus, neque nobis licet in ipso ridere, loqui, ambulare, quia templa similia sunt monti Sinai, ubi dominus Mosi dixit: solve calceamentum, &c.

CAPUT TERTIUM.

Gentilium sacerdotes, licet aliquando discalceati, tamen ut plurimum calceati rem divinam fece-